

S. AVREVS ANTISTES MOGVNTINVS.



Aureus eruditione & pietate suo tempore nulli secundus extitit. Itaq; Moguntinensis Ecclesia eum suum Episcopum elegit, anno Christi 420. Erant autem ibidem multi idolorum cultores, atq; alij q; Arrij heresim tuebant. Itaq; pius antistes eos ex uerbo Dei erroris concuicit, atq; ut ad ueram Christi ecclesiam, q; eius uerbo fundata esset, reuerterent diligentem admonuit. Verum illi ira accessi ipsum cum S. Iustina sorore et alijs pijs hominib. expulerunt. Pau-
lo post supuenit S. Albanus cum Theonesto socio, q; eos ingratitudinis erga suum presulē accusauit, atq; ut eum reuocaret adhortatus est. Verum ipsis eude occisum sua urbe eiecerunt. Itaq; Deus ut vindictā de
ijs sumeret Atilā Hunnū immisit, qui eā urbem funditus quasi deleuit, & magna partē hominū crudeliter interfecit. Id cum S. Aureus intellexisset, suę ecclę misertus accessit, & reliquias collegit, ut nouā Christo ecclesiam institueret. In eo cum sedulus laboraret, Hunnorū aliquot reuersi prius presulē in templo populū uerbo Dei pascentē cum S. Iustina sorore trucidarunt. Christiani uero eum in morte Martis aut martyrum sepelierunt. In eo loco ferè post 400. annos à Richolpho tertio Archiepiscopo, qui S. Albani templum edificauit, inuenti & in S. Albani ecclesiam reconditi fuerunt, anno Christi 820. Ano. in Episc. Mog.